



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Factum aliud naucleri viri religiosi, qui pluuiam à Domino impetrauit.  
Capvt CLXIII.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

## CAPVT CLXXIII.

**A**nachoreta quidam erat in partibus Iordanis, nomine Theodorus, eunuchus. Hic necessitate quadam compulsus est Constantinopolim pergere, ingressusque est nauem. Cum verò nauis diutius detineretur in pelago, defecit aqua, erantque nauarum, & vectores in magna anxietate, & desperatione. Surgens autem Anachoreta, & <sup>1</sup> expandens in cœlum manus suas ad Deum, qui saluat de morte animas nostras, facta oratione, signauit mare signo Crucis, & ait nauitis: Benedictus Dominus, haurite quantum aquæ opus habetis. Impleueruntque omniâ vasa sua de mari aqua dulci. Et omnes glorificauerunt Deum.

*1 Oratione serui Dei cum expansione manuum, in cœlū, & signatione Crucis, aqua maris salsa dulcis effecta est*

*Factum aliud naucleri viri religiosi, qui pluuiam à Domino impetrauit.*

## CAPVT CLXIII.

**A**bbas Gregorius Anachoreta narrauit nobis, dicens: Cum ex Byzantio descenderē, ingressus sum nauim. Intrauit autem & scriba quidam cum vxore sua <sup>1</sup> profecturus ad sanctam Ciuitatem orationis causa. Erat autem nauclerus religiosus valde, multumque ieiunans. Cū ergo nauigaremus, scribæ serui frustra consumebant aquam. Postquam verò in medium pelagus venimus, defecit nobis aqua, eramusque in magna tristitia. Et erat miserabile spectaculum, videre mulieres, & pueros, & infantes siti arecentes, & veluti mortuos iacentes. Cū ergo dies tres in hac necessitate fecissemus, scriba ipse tribulationem non sustinēs, educto gladio, & nauas, & nauclerum

clerum volebat occidere. Dicebat enim: Hi sunt  
nostræ perditionis auctores, quia non sumplere  
aquam ad sufficientiam. Ego autem orabam scri-  
bā dicens: Noli hoc facere, sed magis deprecemur  
Dominum nostrum Iesum verum Deum, qui fe-  
cit magna, & mirabilia, quorum non est numerus.  
Ecce enim & nauclerus, vt vides, tertium hunc  
agit diem, 2<sup>o</sup> ieiunio, & orationi vacans. Cūque  
acquieuisset scriba, quarta die circa sextam ho-  
ram surgens nauclerus, clamauit voce magna di-  
cens: Gloria tibi, Christe Deus noster: ita vt om-  
nes miraremur in voce ipsius. Dixitq; nautis: Sub-  
mittite membranas. Et cū explicuisset eas, ecce  
nubes supra nauem veniens, tantum pluit aqua,  
donec impleuerunt vasa ad necessitatem nostrā.  
Erat autem miraculum grande, terribile, quod ve-  
rificante naue, nubes illā consequeretur nos, &  
extra nauem non plueret.

1 Vide & hic peregrinationē ad loca sãcta orationis causa  
2 Nota, Tertium agit diem ieiunio, & orationi vacant.

*Relatio de Zenone imperatore viro  
elemosynario.*

C A P V T C L X X V .

**N**ARRAVIT nobis quidam patrum de  
Zenone Imperatore, dicens, quod mulie-  
rem quandam in filia ipsius iniuriosè tra-  
ctauerit. Hæc autem vacabat in templo Domi-  
næ nostræ sanctæ Dei genitricis, orans<sup>1</sup> eam & de-  
precans, & cum lachrymis dicens. Vindica me  
Zenone Imperatore. Cū ergo multis diebus hoc  
faceret, apparuit ei sancta Dei genitrix, dicens: Cre-  
de mihi, mulier, 2<sup>o</sup> ultionem tuam sæpe facere  
volui, sed manus eius prohibet me. Erat enim vir  
de misericors, & elemosynas faciens.